

TAUTOLOGIA TERTIA.

VOCE MEA AD DOMINUM CLAMAVI.

Psal. 3. vers. 5.

EXPOSITIO LITERÆ.

SCELERUM impunitas in quæ non proruit scelera! Ex facilitate gratiæ frenum projicitur, ac flagitijs calcæ malignæ subministratur. Si quæ correctæ prava, quæ non correctæ: Desiquit Saul in omissionis cædis Amalec, & pœnas luit, quippe truncando in exterminium pepercit. Admonens igitur ea de re Prophetam Dominus, ait se pœnitere Saulem elegerisse. His auditis Samuel (inquit Ioseph. 6. Antiq. cap. 8.) vehementer conturbatus, per totam noctem fufus precibus, Deum Saulo conciliare conabatur. At ille quantumlibet à Propheeta rogatus, veniam Regi non annuit; quod non placeret peccata donare in gratiam deprecatoris: quæ non aliunde magis nascantur, quam ex nimia eorum, in quos peccatur indulgentia; qui dum lenitatis gloriam accipiunt imprudentes, maiorem delinquendi ansam offerunt. In flagitia impudens Absalom non ita facilis, modo pater ad indulgendum severitate difficilis. Quid occiso fratre, ac indulto crimine quibus sperari ab improbo, nisi in caput patris perduellis sine fronte machinatio, totiusque regni cum commotione subversio?

Iosephus indulgentiæ criminum criminis cruciunt.

Sophocl.

Tantum fac cito. Non est sapientis medici Elere medicamina sectionis indigenti morbo. Saccinut Sophocl. in Adiac. v. 578. Ad rem Diadumenus patri Macrino iuxta Æl. Lamprid. in eo. Non satis mi pater videris in amore nostro tenuisse tuos mores, qui tyrannidis consilios reservasti, sperans eos vel amiciores tibi futuros, si tjs parceres, vel ob antiquam familiaritatem dimitteudos; quod nec debuit fieri nec potuit: nam primum omnium iam te exulcerati suspicionibus amare non possunt: deinde crudeliores inimici sunt, qui oblitii veteris familiaritatis se inimicissimis tuis iunxerunt. Adde quod exercitus adhuc habent. Feriendi sunt isti, si vis esse securus, nam vitio generis humani alij non sint deficiendi, cum isti servantur. Aurea prorsum. Quæ nocent viva profunt amputata serpentium capita, ut isti veneno fanentur, dum Serpentem suspensum vident pro signo. Observat Tzetzes Chiliad. Histor. 240. inquiens:

Æl. Lampride Gratia in grata malignis.

Tzetzes Ramidia in malo malorum exteriorum opinia.

Æm. Strad

Compositores theriacorum medicaminam, atque antidotorum, Serpentes ac viperas & venenata Capiunt, atque excidunt capita, Multisque condimentis apparatus, ut decet, Commune remedium omnibus ex his faciunt. Sic oportet & malos & fraudum futuros omnes Concideret, atque consicere communia remedia. Fovit David in sinu aspidem, quæ calore favoris evomuit pectoris bilem. Haud exercitius esset formidini viro forti, oppresso mature, dum licebat, Duce; qui dono venie callidè congregavit iniquitatem sibi. Dum turbulentissimo cuique locus & bonos erat, quid (ait Favian. Strada lib. 2. Prolusion. 4.) nisi discordia alia ex alijs sequebantur, factiones fovebantur, eodemque civis ingenio exemptio conformabantur? Et enim qui in pace hominumque concordia nullos se usquam esse vident; facile inveniunt aliam viam, turbatamque rem voluit, si forte honores quos ex quiete desperaverant, perturbatione consequantur. Quod si animadvertant: hoc ex sententia cessisse nonnullis, quibus concitata multitudo honori aut questui fuerit; dant sese in hanc aleam, & tanquam artifices improbi opus quarant, vellemque semper egri aliquid esse in republica ad cuius strationem adhibeantur: nam sic res omnes laudantur & appetuntur, ut earum usus est,

est. Malitia præmij exerceatur. Ubi præmia improbo dempseris, nemo omnino gratuitò malus est. Fiem factioem non fieri, nec futurum, donec quam felices discordia, tam honorari discordiarum auctores sint. A criminum pendet cuncta impunitate, & ab effreni turpis dominationis ambitione. Hac res sua in Reges arma convertit (inquit Seneca, 3. de Ira, cap. 31.) fidissimòque eò compellit, ut de morte eorum cogitarent, pro quibus & ante quos mori, vitium habuerant. Nulli ad aliena respicienti sua placent. Haud secus ambitione percitus vassè Absalom corda ingratorum disposuit, ut regnum subverteret, ac ingratisimum patrem invaderet, licentiusque fretus principatu viveret felicitate flagitij, qua pessimus bipedum, quippe pessimus, supremo sanitè gaudebat honore. Non ita premeretur Davidis amor, si filij iuxta legem prius opprimeretur furor, qui eò adorsus aversum naturæ crimen, quoniam in iudice patris invenit amorem. Malignitas filiorum abutitur favore ac benevolentia in partum exitium; & à quibus acceperunt extinguitur vita, ne toties despecta appareat vitiorum irreverentia.

Malitia præmij exerceatur, nec desunt peccata, si mali feriantur. Seneca

3 Audi facinus iuxta Absalomi virulentissimum peccus. Caius Toranius Triumvirum partes secutus) inquit Valer. Maxim. lib. 9. cap. 11. Appian. lib. 4. Civit. bell. & Orolius, lib. 6. cap. 18.) proscripti patris sui, prætorij & ornati viri, latebras, atatem notasque corporis, quibus agnosci possit, Centurionibus edidit, qui cum persecuti sunt. Senex de filij magis vita & incrementis, quam de reliquo spiritu suo sollicitus; an incolumis esset, & an imperatoribus satis faceret, interrogare eos cepit: è quibus unus: Ab illo, inquit, quem tantopere diligis, demonstratus, nostro ministerio filij iudicio occideris: protinusque peccus eius gladio traiecit. Nihil adijci huic crudelitati videtur. Fallitur: Collapsus est infelix, auctore cadis quam ipsa cade miseror. Fallitur, inquam, Absalomi conamine, cuius audacia pervenit ubi nil ultra. Ipse enim patrem quæsit ad necem: unde Rex cognoscens indolem, dixit servis suis: Surgite, fugiamus: neque enim erit nobis effugium à facie Absalom. 2. Reg. 15. 14. Effugium haud esset necessarium, si prius in cor vibratum triplex quod futurum telum, iustocareturque vita, priusquam huiusmodi pensata effunderet venena. David non potest non esse pater. Filij namque aggressor vocatur, vel cum non esset. Quis mihi tribuat, ut ego moriar pro te Absalom fili mi! Ibid. cap. 18. 33. Vel illo mortuo, regnans in corde vivit affectio. In simili articulo ita exclamabat Apollo, apud Ovid. 10. Metam. fab. 5.

Valer. Maxim.

Quantus amor patris! Quanta ingratitude filij!

—Viduoque tuum mea crimina vulnus: Tu dolor es, facinusque meum: mea dextra letho Inscribenda tuo est: ego sum tibi funeris auctor. Atque utinam pro te vitam, tecumque liceret Reddere! quod quoniam fatali lege vetamur Semper eris mecum, memorique harebis in ore.

Ovid;

Indignus profectò Absalomus huiusmodi imprecatione ubi tot indigna concepit perfido peccatore, iustitia in vindictam vigili. Quid & quorsum patris votum, si flagitium acuit obtusum vindicis gladium? Pater parcat, læsus convivet.

At tu magne Pater Divum miserere, tuoque Invisum hoc destrude caput sub tartara telo.

Virgil. 9. Æneid. v. 495.

4 Fecit ac perfectit iustum Numen, ut in tanto periculo Davidi redderet pacem: quod quidem videns David ac futura acriora prævidens (multiplicatis inimicis honore novæ factionis, quam sequebatur abruptè univertus Israël, ut sub Principe illeget, liceret vivere sine iure (expulsus è throno èque sancta civitate, effugium cogitans currit ac accurrit in divinum refugium, Dominum deprecans, à filio liberari; quia fumosa tribulatio premi sub filio, ac hostem truculentum invenire, sanguinem eius sumentem, quem erga, sese nonnumquam ostendit patrem. Unde dicit: Voce mea ad Dominum clamavi, & exaudivit me de monte sancto suo: idest, Sion, in quo Arcam fœderis collocaverat. In prima periodo vocis exprimitur tenor: in secunda verò de cælo dilapsus favor: quo stylo saepe usus idem Psalter & tautologicè & pailogicè. Primo modo Psalm. 26. 7. dicens: Exaudi Domine vocem meam, qua clamavi ad te. Psalm. 65. 7. Ad ipsum meo clamavi, & exaltavi sub lingua mea: Hebr. Voce mea, ut infra videbimus. Utroque modo, Psalm. 76. 2. & 141. 2. Voce mea ad Dominum clamavi, voce mea ad Deum & intendit mihi. Cuncta in idem propositum; siquidem & signat cordis tormentum, & à Deo collatum promptum auxilium. In die angustia subdit Caietan. hic) proponit duas combinationes: altera est. Voce mea ad Dominum clamavi:

Florent prævi, prævi Principe.

Caietan.

altera, Voce mea ad Deum & intendit mihi. Prima constat ex voce & clamore: secunda ex voce & exauditionis signo. Totum constat ex historia, loc. cit. 2. Reg.

5 Facile expediemur ab huiusmodi Pleonasmii difficultate, qui grave nobis negotium facilleret; ni plura in argumentum ex professo præmissemus, Tom. 3. T. 3. ad illud: Oculi vestri vident, quòd os meum loquatur ad vos: & Tom. 5. Tautolog. 6. ad illud: Loquens locutus sum. Vox diffinitur ab aliquibus Præcis, Aer tenuissimus Æris. Ridenda. Digtus movetur, cuius motu aer percutitur, & non est audibilis. Dumtaxat dicuntur soni, iuxta Lucret. 4. de Rer. natur. v. 528.

Lucret.

Plat.

Seneca

Quid proprie vox?

Quantum possunt impellere sensus. Sextus Empiricus vocem cogitat recte definiti, ut sit proprium sensibile auditus: at reverà soni, non vocis definitio est. Plato apud Aulum Gell. lib. 11. cap. 15. ait: Non enim percussus aer, sed ipsa aeris percussio vox est. Papæ! Sublime profectò acumen & discernimen! Neutrum sanè, quippe dumtaxat accidens quoddam ex icu aeris tenuissimi resulcans. Quid enim est vox, nisi intenso aeris (ait Senec. 2. Natural. qq. cap. 6.) ut audiat lingua formata percussu? Hoc totum sonus non vox, quia vox proprie tantum animalis est. Unde rectè diffinitur Sonus animalis facta percussione aeris inspirati, ab animis per trachiarteriam emissi cum intentione seu imaginatione aliquid significandi. Ita Aristotel. 1. de Anima text. 88. Galtruch. Physic. part. 1. Tract. 3. disp. 3. cap. 4. & Pavon. p. 2. de Definit. Ysagogic. distinct. 4. n. 1749. Instrumenta ergo vocis sunt pulmo, lingua & palatus: finis verò expressio interiorum animæ passionum. Ijdem ibid. & Andr. Vesal. lib. 7. de Fabric. corporis humani. à cap. 4. ex Galeno lib. 7. de Usa part. cap. 5. Multa ac speciosa congerit Nicol. Nancell. 3. Analog. Micr. ad Macr. cap. 9.

Quid Musca?

Quid sonus & quatuorplex?

Qua vox musa & vox vocalis?

Plin.

6 Necessè & operæ dux in delicationem præsentis Tautologiæ, ac affinium, stricimã regere, quæ fuscè astruxi Tom. 6. T. 7. à n. 13. ut constet de qua voce prærens sermo. Vox est species soni. Sonus alius simplex, compositus alius: ubi simul in unam multi simplices consistunt, qui dicitur sonus Harmonicus, seu Musicus ex gravi & acuto proportionaliter constants in aurium delicias. Nec ideo vox, nisi vulgò, dum signatur vox tubæ, citharæ, symphoniæ, fistulæ & sambucæ; quippe sonus tantum, qui improprie dicitur vox. Quare si aliquando vox, non tubæ vox, sed hominis impulsu per tubam. Uterque sonus dividitur in rectum & reflexum. Rectus fit sine obice corporis enrsuum motus impediens: reflexus opposito corpore virtute repercussionis, qua conficitur Echo, de qua Nancell. d. & Lucret. lib. 5. Natal. Com. 9. Mytholog. cap. 16. Plin. lib. 2. cap. 44. 36. cap. 15. Ovid. 3. Metamorph. fab. 5. & Aufon. Epigram. 11. 97. Edy. 3. v. 296. & Epist. 12. v. 23. Dividitur etiam sonus in stridorem, murmur & vocem; ita ut vox sit ab animato producta, quia vocem non habent inanima. Stridor sonus asper, murmur confusus sonus, & vox sonus distinctè significativus sine horrore & confusione. Plin. lib. 11. cap. 51.

7 Vox dividitur præut significativa in vocem mutam, & vocem vocalem. Muta dicitur immutabilis, quæ sine flexione aut reflexione semper eadem: ut videtur in vocibus irrationalium: barritu (exempli gratiã) & latratu. Cuncta eundem modum servant procedendi & agendi, & affectiones signandi uno sono, uno motu & una voce; quippe destinata ad quidam. Rationale animal, ut constet rationale, est aptum ad quidvis, diversis linguis utitur, diversâ voce, sonis, motibusque; quibus rerum similitudines ad lubitum exprimit, sicut formæ in pictura repræsentantur coloribus. Sic enim vox libera, articulata, proprie dicenda vox, speculum verbi mentis, specimen rationalis, logos, verbum, sermo, dialectus, in signum rationis & iudicij. Rationis, quod commodum & incommodum: iudicij, quoad licitum & illicitum: igitur cum ratio ad virtutem detur, homo inter animalia dumtaxat capax virtutis. Mira præterea sunt de voce digna dictu. Vox in homine magnam virtutem habet partem. Agnosceimus eam prius, quam cernamus, non aliter quàm oculis: totidemque sunt ea, quot in rerum natura mortales; & sua cuique, sicut facies. Hinc illa gentium, totque linguarum toto orbe diversitas; hinc tot cantus & moduli, flexionesque; sed ante omnia explanatio animi, qua nos distinguit à feris: inter ipsos quoque homines discrimen alterum aequè grande, quænt à belluis fecit. Hæcendùs Plin. lib. 11. cap. 51. Alterum discrimen vel inter homines, quia per voces sensa communicantur, & rationales sociabiles fiunt reciproci verbis, in expressiones conceptum à mente, quos audiens intelligit, & eisdem signis ac instrumentis responderet. Euripid. in Supplicib. à v. 201, succinit;

Lando

Laudo eum, qui nobis vitam à confusa & serena. Quisquis ille fuit Deus, discernit, Primum quidem indens mentem, deinde verò Nuntiam sermonis linguam, ut agnoscamus vocem.

Euripid.

Solus ergo homo sermonis usu valet, quippequam ratione pollet.

8 Patet ex his quàm dissonum rationi, allerere animalia irrationalia rationalia; illis tribuendo non solum sentium, sed prætantissimum; ac per consequens, cuilibet generi proprium idioma, quo explanatur mens per intelligibiles voces in animi signa. Ita blatterant, ut sua ingenia in deridiculis promant, Hieronym. Fabricius Aquapendens, de Brutor. loquel. cap. 12. Laurent. Valla 1. Dialectic. cap. 9. ex Ciceron. 2. de Natur. Deor. Platonem Choro didascalum harum augurum dicitur (eodem iure poterant Æsopum, qui plura in Apodolis refert) quoniam dixisse fertur, ut scribit Euseb. 12. de Prepar. Evangel. cap. 9. Quod regnante Saturno non homines modo eam hominibus, sed cum bestiis sermoneari poterant: & si quid ex illis valent cognoscere, interrogabant; & vicissim ab ipsis responsa accipiebant. Sermones secum & cum bestiis conferebant, quales modo de ipsis narrantur. Obsecra prorsum AA. Minerva, qui necitum, vel nescire, ad occultum philosophiam sabularum involvitur, delirantes alit. Eodem modo in fulcrum alogiæ torquent, quod Homil. de Paradis. Basilus Magnus dicit metaphoricè, pro obedientia animalium sub ditione Adamis illicet: Sunt illic variorum animantium spectacula: qua omnia sunt mansueta, omnia corundem morum; qua omnia & audiunt inter se, & loquuntur sensate. Exempla plura in testimonium coarcebant, De Elephant. lib. 8. cap. 1. inñe Phisius: Animal proximum humanis sensibus, quippe intellectus illis sermonis patrij & imperiorum obedientia, officiorumque quæ dicitere, memoria, amoris & gloria voluptas: imò vero (qua etiam in homine rara) probitas, prudentia, æquitas, religio quoque. Quanta facultas! Per 12. sequentia capita comminiscitur similita, ac mendacia singularia, qua novis sequitur Maiol. Tom. 1. collog. 7. Acota zma-latur, obsequitur Ælianus, & alij eisdem fururis; quibus in palinodiam præcipiendum, huiusmodi quaestionem de ratione irrationalium cum brutis expedito, selectis prudentioribus in concilium, ut cervâ Sertorij & Hannonis avibus. Quid ergo dicerent? Si bruta ratione pollet; rationales huiusmodi ratiocinio irrationales fiunt.

Animalia omnino musca Basil.

Plin.

9 Respondent maiore commento: scilicet, quia à nobis non intellecta, haud sequi, inter illos non esse idioma, quorum vocibus mutuo explanetur animus & percipiatur intelligentie conceptus; sicut non verum, homines carene linguis in mentis expressio-nem; quia non intelligimus, ut exoticum, idioma auribus peregrinum. Sermones enia avium & brutorum intellexit Adamus, quorum scientiam iusufam etiam Salomoni asserunt Rabbinj, de quo Lyran. & Abulens. in 3. Reg. 3. q. 1. Habuisse Prometheum, asserit Æschyl. in eo, v. 478. & nos, Tom. 3. T. 3. D. 3. n. S. Tom. 4. T. 3. n. 17. rifimus. Concedit etiam huiusmodi excellentiam Philoltratus Apollonio Tyanco, in eius vit. lib. 4. cap. 9. & alijs perfidus Porfirius lib. 3. de Sacrific. uti referunt Cæsar. Rhodigin. lib. 17. cap. 13. & Reyes-Franco in Elyf. Camp. quest. 55. Quomodo ab his intellectu, quod non intelligibile, quia non intellectivum? Illi cognoverunt ex irrationalium vocibus, quod nos intelligimus. Ratione ergo carentes carent sermone; quippe sermo est rationis denunciatio & enunciatio. Moventur itaque ad operandum bruta non libero impulsu, sed necessario, expellente libertatem, & proprie excludente finem, in quem formaliter (ut ita dicam) non tendunt, quippe proportionem connexionis medium eam sine non cognoscunt; propendentque tantum in objecta sine reflexione, allecta à naturali appetitu, quatenus sibi commoda in sensuum oblectamen conducentia, materialitate intentionis, quin appetant finem sub ratione finis, quia determinata ad unum, ut supra diximus. Quæ faciunt; faciunt insinctu: & dum singularia, vivaciorre, extra communem generis vel speciei conditionem; igitur que ut nira in aliquibus proponuntur, contraria rationi & sermonei altruant: equidem si singularia, generi non communia: quæ quidem functiones in cunctis reperirentur, si brutis communis effect ratio, atque per voces conceptum mentis expressio. At de his consules Theologos in 1. 2. D. Thom. quest. 11. & Philosophos in lib. 2. Ebbie. Aristotel. Valesium de Sacr. Philosoph. cap. 55. Auctoris irrationalis intelligentie locuti sunt falsa, quod nequeunt bruta, quia non intellectiva: sub complexione enim intelligibilium sunt veritas & falsitas. Nolite delirij, anilibus nugis fieri sicut equus & mulus, quibus non est intellectus. Non potest esse perfectum natura bonum nisi in natura perfecta (ait Senec. Tom. VII. Tant.

Quodam discrimen inter brutum voces & animalia rationalia nalis.

Epi.

Seneca

Epist. 124. Nec illud nego, ad ea que videntur secundum naturam, magnos esse mutis animalibus impetus, & concitatos, sed inordinatos: moventur secundum naturam suam. Nulli vitium est, nisi cui virtus potest esse. Muto animali erit aliqua virtus? Erit aliquid perfectum? Nec bonum absolute, nec virtus, nec perfectum. Hanc enim rationalibus solis contingunt, quibus datum est, scire quare, quatenus, quemadmodum. Ita bonum in nullo est, nisi in quo ratio.

D. Thom.

10 Homini & Angelo datur locutio, quoniam utpotè intellectivi, & libero arbitrio gaudentes, habent & suos velare conceptus, ne in mentis arcem perumpere eulibet fas sit: & cum volunt, arcana animi patefacere. Hæc enim est lingua Angelica. Ex hoc verò quod conceptus mentis Angelicæ (ait D. Thom. 1. p. q. 107. art. 1.) ordinatur ad manifestandum alteri per voluntatem ipsius Angeli; conceptus mentis unius Angeli innotescit alteri: & sic loquitur unus Angelus alteri: nihil est enim aliud loqui ad alterum, quam conceptum mentis alteri manifestare. De idiomaticæ & mutua loquentis & audientis intelligentiæ, consulendi Scholastici JD. in loc. cit. D. Thom. Valentia, 1. p. disput. 8. quest. 4. punct. 2. Molina, ibid. quest. 106. art. 1. disput. unic. conclus. 2. Granada de Angel. Tract. 5. disput. 4. sect. 1. Lessius de Summ. bono, lib. 3. cap. 10. num. 68. Theophil. Raynaud. Theolog. natural. distinct. 4. & Sherlog. 1. Antiq. Hebr. distinct. 4. sect. 12. Modus locutionis diversus ferè à quo libet cogitatur: inter quos, sicut in hominibus datur signa corporea ad placitum significantia; ad locutiones Angelicæ cogitantur etiam spiritalia signa ad placitum arcanos Angelorum conceptus experientia. Indicare videtur Angelicus Magist. in illud Pauli: Si linguis hominum loquar & Angelorum, lect. 1. Est enim (infit) in quolibet Angelo aliquid, quod naturaliter ab altero Angelo cognoscitur: dum ergo id quod est naturaliter notum, proponitur ut signum eius, quod est ignotum; manifestatur occultum, & talis manifestatio dicitur locutio ad similitudinem hominum, qui occulta cordium manifestant alijs per voces sensibiles, aut per quocumque aliud corporale, exterius apparet. Unde & ea que sunt in Angelis naturaliter nota, in quantum assumuntur ad manifestationem occultorum, dicuntur signa vel nutus: potestas autem manifestandi conceptum suum, hoc modo metaphoricè lingua nominatur. Miror ab AA. hoc sensu abundantibus, proprie accipi; quod ab Angelico Magistro dicitur Metaphoricè, & locutio ad similitudinem hominum: tunc enim Angelicum idioma non diceretur Labium electum, Sophon. 3. 9. Lingua erudita, Iai. 50. 4.

An Angeli loquantur?

Idem.

11 Haud facile sic, signum quòd ad unum, non esse ad reliquos Angelos: cuncti namque cognoscerent quod loquens volebat cognosci nisi ab uno: igitur venient in ignotum, per notum naturaliter in signum. Metaphoricè ibi de locutione Angelicæ ac modo, exponit testimonium Pauli D. Thomas: proprie locutio fit, dum Angelus imprimat in audiente speciem, vel aliquid novi ad speciem pertinent, quod audienti pura actum repræsentet: igitur aliqua novitas fit tunc speciebus eius, ad quem locutio dicitur, specie nova immutato Angelico intellectu à manifestante specie: intelligibile in actu natum est movere intellectum. Astruit D. Thom. loc. cit. 1. p. ad 3. unde elucet eius placitum. Sicut sensus (inquit) movetur à sensibili, ita intellectus movetur ab intelligibili. Sicut ergo per signum sensibile excitatur sensus: ita per aliquam virtutem intelligibilem potest excitari mens Angeli ad attendendum. Hac locutio (per ordinatorem conceptus) libera loquenti est, quin alius intelligat nisi cui loquitur: quia in illam & non in alium dirigit speciem, & sine specie nequeunt imitari intellectus aliorum: impressio igitur speciei sufficit ut excitetur audiens Angelus, & occultus manifestetur conceptus; quod quidem ad locutionem necessarium. Ita Bonaventura in 2. dist. 10. artic. 3. quest. 1. Vide selesissima apud Eximium Doctor. 2. de Angel. à cap. 27. Liquer flocine cur Paulus signet linguas hominum & Angelorum, horumque sint labium electum, & lingua erudita, seu mirabilis excellentiæ inter idiomatica, discrimine ex modo locutionis hominis & Angeli: tum quia Angelica locutio sine medio fit: sufficit enim species intelligibilis tam in audiente, quam in loquente: sensibile tantum signum indiget medio: tum quia in linguis hominum dumtaxat cognoscuntur actus per locutionem expressi, in lingua verò Angelorum actus ostenduntur in seipsis.

Idem.

Quomodo loquantur?

R. Cor. 13.

Discrimen lingua Angelicæ & humana.

12 An autem idioma Angelorum sit labij unius, vel multiplicis, quia Paulus non dicit, loqui lingua, sed linguis Angelorum iuxta Hierarchias discretis, vel iuxta species Angelicæ nature; disputant nonnulli. Deus scit, sciemusque, dum eadem mentura beati, quæ est Angeli. Idem dicendum de lingua in æterna beatitudine, quippe lingua iuxta

iuxta Paulum, cessabunt: v. 8. Lingua, non lingua, quia non cessabit sensibilis locutio; sed diversitas idiomatum. Aliquibus placuit futuram Hebræam, de qua mira dicunt Rabbini & Kircher. Tom. 2. OEdip. Cept. p. 1. Class. 2. cap. 1. à disquisit. 2. Quo fulcro, ipsi viderint. Alijs aridet, ibi idioma singulare futurum omnibus, suavissimum, brevissimum, ac clarissimum; quod vocat Propheta, ut vidimus Labium electum, in qualibet voce mirificum. Una erit omnium lingua: inquit Bernard. Mediat. cap. 4. n. 2. Alij econtrâ altruant Deum omnium linguis glorificandum in caelis iuxta illud Iai. 45. 23. & Rom. 14. 11. Mibi curvabitur omne genu, & iurabit omnis lingua. Vid. Salmer. hic. Omnis lingua confitebitur Numen, & Christum Dominum nostrum in gloria esse Dei Patris. Alludit in cogitationem Martialis Spectacul. Epigram. 3.

Vox diversa sonat: populorum est vox tamen una Cum verus patriæ diceris esse pater.

13 Vox homini data est, ut rationis promat verba, & intelligenti communicet mentis arcana: quapropter loquela dicitur rationalis vita. Inspiravit Deus in hominem spiraculum vite, & factus est homo in animam viventem: Genes. 2. 8. Chald. In animam loquentem: igitur per signa vocis, videbatur esse rationalis. Vide dicta, Tom. 1. T. 4. n. 22. Id itaque unum bonum est in homine, quod unum hominis est: ait Stoicus, Epist. 76. Illi unico datum est, cogitationes præter voluerit abscondere, & revelare per voces, signa conceptionum animi. Quare vox interdum accipitur pro illo cuius est vox. Apocal. 1. 12. Converteris sum, ut viderem vocem, que loquebatur mecum: id est, loquentis mecum, ut dicitur in Ezechiel. cap. 2. Audivi vocem loquentis. Maria. Vocem loquentem. Aptius per Hypalagen: Voce loquentem; quippe verba non ad intima cordis, sed dumtaxat illo tunc dirigebantur ad aures, signis humanis, id est verbis, quibus humana locutio. Quia de causa dicitur Voce loquentem, ut voce possit intelligere Propheta loquentis prolata mentis arcana. Apud Ethnicos, nisi visio esset celestium, nulla iudicabatur entitas vocum: unde apud Plutarch. in Coriolan. invenitur Umbras & demones non posse voces edere, sed tantum sonum. Senec. in Troad. vers. 188. Inati sonus, non voces. Vocem incertam, sonitumque materialem (subdit Kircher. d. Class. 3. cap. 9.) Quem poësis stridorem nominat. Sicut enim animarum in caelos ascendentium organa vocem emittunt harmonicam, & concinnam decentemque motum habere videntur; ita illarum que sub terram descendunt, sonus stridori similis est, appetitionis tantum & imaginationi decita vita speciem representans. Hinc facer Vates audit voce loquentem expressit, id est verba: in quo sensu sepe vocis acceptio. Sonet vox tua in auribus meis: Canic. 2. 14. & 5. 2. Vox dilecti mei pulsantis: haud pro murmure horrifono, id est, tonitruo, Psalm. 28. 3. Vox Domini super aquas, Deus maiestatis intonuit: sic de alijs acceptioibus, de quibus nihil in præsentiarum.

14 Vox humana signat mentis conceptus, sed modus vocis affectus animæ pro qualitate expressiois; quippe non solum vocis entitas sed modus loquax: proicctio enim animi exprimitur vocis tractæ remissione, quasi informis, & invalida ad munus: iracundia constat ex vocis asperitate, benevolentia dulcedine; ita ut tot signis obijciatur vocum modus, quot in peccatore variantur affectus. Vox acuta quantitate & qualitate promitur ex inopinato articulo, vel porito pridem accepto voto, cordolio irruente, vel gaudio, transeunte sono significativo in sonorem, graviorem atque vehementiorem senum, qui dicitur clamor, seu vociferatio, quia vox elata, ut attentionem magis concillet audientium. Extensio nem aeris inquit Seneca, 2. Natur. qq. cap. 6.) ostendunt tibi inflata, nec ad scitum cedentia. Ostendunt voces, que remisse claque sunt, prænt aer se concitavit. Hoc quid est aliud, quam intentio spiritus, sine qua nihil validum, & contra quam nihil est: Sic clamor, quia vox intensior & cum impetu maior. Clamore oppresserat: ait Cicero. 6. in Verrem. Tacit. 1. Annal. cap. 26. Drusus clamore turbatus. Virgil. 2. Aeneid. v. 679. & Statius 1. Achilleid. v. 653.

Talia vociferans, gemitu totum omne replebat. Illa quidem clamore nemus, montemque replevit. Sil. Italic. 1. de Bell. Punic. v. 380. Magno clamore vorantem, voce insuper urget. Idem in factis, Marc. 15. 37. Emisit voce magna. Hebr. 5. 7. Cum clamore valido. Ion. 2. 3. Clamavi de tribulationibus. Alia sane obvia. Ita ex victoria plausus & clamor, ut in triumpho. Ovid. de Art. v. 1. & Virgil. 5. v. 227.

Tum verò ingeminat clamor, cunctisque sequentem, Insurgant studijs, resonat clamoribus æther.

Tom. VII. Taut.

T 3

An Angelorum multi-plex, & qua hominibus in patriâ Bernard.

Martialis

Seneca

Vox pro cuius est.

Ezech. 2. u Hypalage

Kircher.

Quamvis Manis vox

Quid sit in voce olâ mor?

Seneca

Virgil. Stat.

Virgil

Sic

Vox pro nomine. Quarta expositio.

Somatopœciam; cum dicatur, v. precedi. Loquebatur Dominus ad Moysen facie ad faciem, sicut solet loqui homo ad amicum suum. Virgil. 6. Æneid. 247. Voce vocans explicatque prefatam acceptionem, lib. 4. v. 674. dicens: Morientem nomine clamat: & lib. 12. v. 759. Nominem quemque vocans. Hoc enim sensu, David clamabat tribulatus ad Dominum, illum demulcens, nomenque eius reverenter regerens, ut viscera misericordie demonstraret, cum cor contritum & humiliatum nunquam despexisset; uti clamavit Moyses, Exod. 34. 6. Dominator, Domine Deus, misericors & clemens, patiens & multa miserationis ac verax. Hoc est invocare Dominum in nomine Domini. Quo intelligitur illud: Ad illum ore meo clamavi, & alitè Tautologiz num. 4. Unde dum phlogicè clamavit vel vocem iterat, ut Voce mea ad Dominum clamavi, voce mea, &c. instantiam orationis exponit, vel pectus dolens in vota libertatis. Virgil. vividè lib. 2. d. à v. 768.

Psal. 65. 17.

Virgil.

Ausus quin etiam voces iactare per umbram Implevi clamore clas, ma susque Creusam Nequicquam ingeminans, iterumque, iterumque vocavi.

Quinta expositio.

20 Priusquam ad alia transeamus, cogitandum est quod de Davide dicitur fugiente in huiusmodi articulo, 2. Reg. 15. 30. Porro ascendebat Olivum-olivaram scandens & stans, nudis pedibus incidens, & aperto capite. De ascensione ascensus, diximus suo loco, Tom. 4. T. 6. n. 8. Operto capite procedere, est silentiosè viam carpere. Quomodo sicine clamavit voce? An quia flevit: Exaudivit Dominus vocem fletus mei. Psalm. 6. 9. Habent enim & lachrymæ clamorem: Clamor meus (Vatabl. fletus meus) in conspectu eius introivit in aures eius. Psalm. 17. 7. Quid fletus, dum cordis desiderantem auditur sonus: Psalm. 9. divis. v. 17. Desiderium pauperum (pro afflictorum, ut scæpepius in Bibl.) exaudivit Dominus: preparationem cordis eorum audivit auris tua. Nihil dixerat in afflictione Ismaël, & exaudivit Deus vocem pueri, qui lachrymis clamabat. Ita ergo sustulit amaritudinem ex filij persecutione David, & quod prius silentiosè subjicit, post videns populum plorantem flevit; tuncque fletu, vivaci voce ad Dominum clamavit: intus enim percussus animus inusitato angore, in voces lachrymarum erupit, prius corde præ vulnere intra viscera clamante: igitur prius ex dolore cordis sensus, quam lachrymarum in signum amaritudinis motus. Cor namque ictum dabit voci suæ vocem virtutis: etenim vox lachrymarum ex clamore cordis. Quid dabis ad me: dicit Dominus Moysi, cum nihil ore protulerit. Exod. 14. 15. Clamavit cor meum ad Dominum. Thren. 2. 18. Exclamavit voce magna Susanna. Ambrosius in Psalm. 37. v. 15. inquit: Quid cum vocem emisit? Accusabatur & tacebat; intra se tamen loquebatur Deo, qui eam magis audivit tacentem. Lucan. 9. Pharsal. v. 574.

Vox pro fletu. Genes. 21. 17.

Lachryma clamant.

Ambros.

Lucan.

Psal. 126. à 7.

Cle. Alexand.

Jacob. 5. 17.

Philipp. 4. 6.

Nomen eget. Tibi dixit cor meum (dicit qui miser calamitate curvatus) exaudi vocem meam, qua clamavi ad te. Vox patet & clamofine voce; igitur cor dolens clamat in silentio propter vulnus; & ex tacito cordis dolore vocem habet etiam fletus. Tacitè loquamur, intus clamemus: ait Clement. Alexandr. 7. Stromat. cap. 4. Non vocibus ullis Numen eget; sed homo in levamen utitur queis valet vocibus, ut inclinet iratum & flectat vel punientem in auxilium. Unde David addidit clamori voce, ob mordicantem penuriam, signat præter linguam, linguarum rationalis differentiam: quandoquidem auditur à Domino clamor cordium, & etiam vox lachrymarum. Sic enim dicit in clamore Voce mea, intimo cordis affectu, quò notesceret per labia. Hæc vox duplex ab illo Psalm. 20. 3. dicitur voluntas labiorum, atque cordis desiderium. 21 Hecine modo exprimi solet oratio mentalis, geminata actione pro intentione & intentione orantis. 3. Reg. 9. 3. Exaudi orationem, & deprecationem, quam deprecatus es coram me. 2. Paralipom. 6. 21. Exaudies orationem quam servus tuus orat. Denique de Elia dicitur: Oratione oravit. Quod videtur idem propositum, omnino studiosus idiotismorum Hebræorum invenit diversum; quia aliud est in actione actionem exprimere, aliud supponere: scilicet, aliud est, orationem orare; & aliud, orare orationem. Exempla plurima obiecta in Prolog. Galeat. §. 4. à num. 9. ubi genuina ac varia testimoniorum expositio. Alia ergo in præsentiarum pro huiusmodi phrasi, atque cum eodem verbo verbalium nominum per casus atque casus differentia. Dum oratio orationem exprimit, votum signat, & gratiam actione sperat ad quod instat Apostolus dicens: Petitiones vestra innotescant apud Deum: hoc est, exponite per orationem, quod vul-

vultis, & vobis est opus, ut à Domino impetrandum; quia oratio est elevatio mentis in Deum cum spe gratiarum, tamquam interpres desiderij orantis, iuxta illud Davidicum Psalm. 36. 5. Revela Dominum viam tuam, & spera in eo, & ipse faciet. Quapropter orationem orat, petitionem petit (ut est apud Danielem) sumpta actione orantis pro obiecto orationis; quia elevans mentem in Deum, auxilium expolcit; indigentiamque corditudo representat. Socrates, 5. Histor. bipart. inquit: Oratione orandum. Utiur Plautus stylo similis in Captiv. Act. 2. scen. 1. v. 47. dicens: Nunc se oro per precora.

22 Aliter ergo exponendum, dum oratio in orante supponitur, nimirum Orare oratione; quippe tunc nomen delicatur per adverbium: sentitque periodi est, Oravit rite & rectè. Circumstantias perfectæ orationis refert Paulus loc. cit. ubi: In omni oratione & obsecratione, cum gratiarum actione, orationes vestrae. Idem 1. Tim. 2. 1. Obsecro igitur primum omnium fieri observationes, orationes, postulationes, gratiarum actiones. Plura pro distinctione harum vocum videlicet apud Salmer. Alapid. hic & Suar. Tom. 2. de Religion. lib. 2. cap. 3, & lib. 3. cap. 2. D. D. Scholastic. cum D. Thom. 2. 2. quæst. 83. art. 17. Hunc sequens Galetan. in præfatum Pauli testimonium, astruit per Orationes deberi intelligi in Deum elevationem mentis: per Obsecrationes preces ad vota concepta impetranda: per postulationes, intercessiones pro reconciliatione animi largitoris, fortè offensi: denumque Gratiarum actiones, quod sonat & idem, grates pro acceptis beneficijs. Pia sanè cuncta, sed mihi videntur voluntaria; quippequam indifferenter invenitur in Scriptura. Quare huiusmodi voces per adverbia explanantur perspicuis in propositum Pauli, ut oratio tam vocalis, quam mentalis rite fiat: hoc est, reverenter, humiliter, fervide, devotè, ac gratè; ut docet ipse Angelic. Magist. d. arr. 15. & Psalm. 3. & 26. Unde pro Oratione oravit, legit Alapid. Perverenter oravit. Lorinus, Attente, intente, fiducialiter. Sic Plaut. in Milit. Act. 3. scen. 3. v. 68. inquit: Meditemur cogitare. Quia Elias perfectè oravit, postulans, ne plueret super terram; non pluit; & rursùm oravit, & celum dedit pluviam, & terra dedit fructum suum. Ita ergo Christus promittit: Dico vobis: omnia quacumque orantes petitis, credite, quia accipietis, & evenient vobis. Orantes dicit, quippe ni oratio fiat rite, non erit oratio, ut docet Suarius, quò dudum.

23 Hæc oratione impetravit Elias, sicut David liberari à filij vexatione, à facie inimici & persequentis: Voce mea ad Dominum clamavi, & exaudivit me de monte sancto suo. Deici licet gratia ac pietate, haud orationis virtute vel aliorum opportuna constellatione, herbarum, florumque efficacitate; ut deliratum hæreticorum, Ethnicorumque nonnulli. Alchindus, seu Alandus, ut refert Eymericus in Director. Inquisit. p. 2. quæst. 4. astruxit, preces Deo effusas efficaces ex opere operato esse ad removendum quodcumque malum: quodvis consequendum bonum: non quod propter orationem Deus nobis bona largiatur; sed quia naturaliter ex ipsis verbis, & affectu, quo in vota Deum deprecamur, derivantur quidam radij potentes naturaliter in ea quæ optamus. Idem Error. 10. asserit de quolibet sacrificio, quippe naturaliter habet potestatem in offerentis desiderium, ut consequatur votum. Ultra Enthusiastici, Eucharistia, seu Messaliani hæretici procellerunt; astruentes, solam orationem sufficere ad delenda peccata, calcanda dæmonia, futura providere ac prædicere, corpus ab omni passione ac concupiscentia liberare, Spiritum Sanctum visibiliter advenire; & alijs pijs operibus prætermisiss, etiam baptismate, vitam æternam efficaciter consequi. Vide Caltrum Advers. Hæres. lib. 11. litter. O. Prætol. 1. de Sect. & dogmat. lit. A. & Annat. in Theolog. positio. lib. 7. Perproprie hi dicti Enthusiastæ, seu Fanatici: liquidem solummodo qui extra se, quibant asserere quæ tantum amentium cogitationes, videntes quæ non videbant, sicut somniantes.

24 Albumasar in Astrologia insignis, sed in iudicij andax & temerarius, astruit in Maior. introductor. in Astronom. titul. Sada, quòd si quis Iovis capite existente in medio cœli, aliquid petat à Deo, necessario impetraturum. Conciliator huius insaturati Auctoris, ut praberet auctoritatem delirio, asserit in tali cœli configuratione à Deo scientiam exorale, ac plenissimè obtinuisse. Pape I. gratulemur de inventione. Nescio quis à quo luxit errorem. Præfatus Alandus inter cætera deliramenta inquit: Corpora celestia & dispositiones eorum, in quibus incipimus aliquot operari, divigunt operationes nostras à principio usque ad finem per tantum & per totum: ita quòd ista constellatione sol. m. in qua & sub qua opus incipitur, quantuncumque opus sit voluntarium dominatur.

Affio pro obiecto actionis. Daniel. 6. 7. Socrat.

Nomen pp. ad verbum.

1. Tim. 2. 1.

Quodnam discrimen, inter orationem orare, & orare oratione.

Marci 11. 24.

Psal. 136.

Verbo orationis non habent efficaciam ex opere operato.

Nec ex Astrorum configuratione. Aland.

tar à principio usque ad finem. Totum orationis magicum, ut fasè refert Delr. 2. Dissq. Magic. à quæst. 2. De rosæ virtute in cogitatione Indorum ad conciliandum Principum gratiam, ut votis benignè respondeant; diximus in Ephemer. 2. 1. Mart. n. 13. ex Pier. Valer. lib. 55. cap. 8. De Verbenaca quid non fictum? Videtis Kircher. in Magia hieroglyph. cap. 2. & Jul. Cæsar. Bulenger. lib. 2. Advers. Magos, à cap. 16. & Plin. lib. 25. cap. 9. Sat in iudicium superstitionis, superstitionis iudicium. Magi utique (inquit) creta hanc insanunt: hac perunclos interpretari qua velint, febres abigere, amicitias conciliare, nullique morbo non mederi.

Tantum dicta valent.

Exclamat Petronius, Carm. 29. si ritè fiant: ac citra ordinem, dum optant habere astris insperctis gratiam, incidunt in miserabilem penam; ut contigit Tullio Hostilio, qui cum oratione trahere conaretur Iovem è caelo; quia non ritè facta deprecatione (ut observant Livius lib. 1. sect. 103. Plin. lib. 28. cap. 2. refert. Rodigio. lib. 18. cap. 14. nosque in Prolog. galcat. Ephr. §. 8. n. 15.) ab ipso Iove aïlatus est. Fulmine iclus cum tota domo conflagravit. Singulari fari sortem inquit Valer. Maxim. lib. 9. cap. 12. n. 1.) quia accidit, ut columen urbis, in ipsa urbe raptum, ne supremo quidem funeris honore à civibus decorari posset; celesti flamma in eam conditionem redactum, ut essem penates & regiam & rogam & sepulcrum haberet. Hinc velato capite facta à Romanis fiebant, ut observat Stuck de Sacrific. Gentil. cap. 101. Natal. Com. 1. Mytholog. cap. 10. Plaut. in Cureul. Act. 3. scen. 1. v. 19. & Virgil. 3. Aeneid. à v. 405. ubi:

Purpureo velare comas adoptus amictus
Ne qua inter sanctos ignes in honore Deorum
Hostilis facies occurrat, & omnia turbet.

Vide dicta Tom. 3. T. 5. n. 7. & Sueton. in Vitell. cap. 2. Quare, ne dum conabantur obsecrationibus ad se trahere Deos, omine adverteri ofecianter delinquerent, & simul iram excitarent Artemisiam ornabant capita; de qua Plin. d. cap. 10. subdit: Artemisiam quoque secum habentibus, negant Magi nocere mala medicamenta, bestiarumve ullam, ne Solem quidem.

25 Huiusmodi deliramenta sine confutatione prætermittenda uti talia, demonis fallacia indunda; & cetera ut Magica omnino superstitionis, ut fictum de annalis Moysi & Salomonis, de quibus Comest. cap. 6. in Exod. & Causin. lib. 11. cap. 67. Perporam suadent, præfata bona ac felicitates hæc observationibus obtineri: dum illi prædictis felicitatibus vacui: fanaticique verè sine cerebro, dum arbitrabantur tot mira sequi, ac oratione consequi, in caelis esse, à seipsis à diabolo disungi; dum artius erant sub potestate diaboli. Idem dicimus de oratione studiosa Alandi, quæ quidem ex opere operato non influit, dum ille per illam bonis explicis cavuit: felixque quibus esse efficacitate precum, si non à Deo sed in verbis elicit oprentio votorum. Hæretodoxa sanè doctrina, cum per orationem concessa, oriantur à Dei faventis misericordia. Delectare in Domino, & dabit tibi petitiones cordis tui: revela Domino viam tuam, spera in eo, & ipse faciet: subditus esto Domino, & ora eum. Psal. 36. à 4. & 65. 20. Benedixit Deus, qui non amovit orationem meam, & misericordiam suam à me. Ex misericordia enim Dei oritur, quicquid per orationem à supplicè in afflictione obtinetur. Ioann. 16. 23. dicit affeclis Alerter N. Si quid petieritis Patrem in nomine meo, dabit vobis. Sita nomine filij & non aliter à Patre conceditur lumen; gratia profectò nequiquam ex vi verborum, quibus extorquetur tracto Iove in vota de caelo, quod quidem ve Senecæ in Moralib. ridet. Elieera Iovem (inquit) de caelo, quod rudis antiquitas credebatur, attrahi Lunam, imbres ac fulmina cantu, variisque repelli, & quorum nihil posse fieri, tam est palam; ut huius rei causa nullius Philosophi sebola sit adenda.

26 Certum est orationem ex se quatenus petitio est habere aptitudinem ad impetrationem votorum: quæ aptitudo dici potest dispositiva doni, non causativa; quia non habet ex se infallibiliter effectum, inducens necessitatem in elargiente, ut postulat concedat; sed tantum ut homines postulando mereantur accipere, quod eis Deus omnipotens ante secula disposuit donare: ut ex Gregorio dicit D. Thom. ubi sup. art. 2. Ut ergo efficaciam ad optata habeat oratio, necessaria est divina pronisio: quæ quidem nullo modo est absoluta, sed tantum conditionata; igitur saepe petimus, quod an expediat, vel non, omnino nescimus. De mansione namque huius seculi nobis aliquando subrepsit (inquit Augul. Tract. 81. in Ioann.) ut hoc petamus, quod nobis non expedire

Superstitio
mei Ethnico
rum in heren
tis.
Plin.
Petron.

Quam po
tenti demon,
antequam
Christus ven
nisset.

Male. Max.

Virgil.

Plin.

Gratia ora
tione petitio,
tantum à
Deo.

Seneca

Greg. Mag

Augulian.

nescimus: sed absit ut fiat nobis, si manemus in Christo, qui non facit, quando petimus, nisi quod expedit nobis. Hinc oratio debet habere virtutem merendi, ut habeat vim impetrandi: equidem Iacobus cap. 4. 3. dicit: Petitis, & non accipitis, eò quod male petatis. Impetravit itaque David in infestatione filij rebelis per orationem, quicquid erat in cordolij dulce levamea. Voce mea (inquit) ad Dominum clamavi, & exaudivit me de monte sancto suo. Non voce à Domino gratiam extorxi; sed Deus per orationem voce expressam liberationem concessit: equidem non intendit voci orationis, quasi vox gauderet aliqua efficacitate; sed orationi vocis, dispositivè pro virtute merendi. Unde cum dicit, Psalm. 5. 3. Intende voci deprecationis meæ, Rex meus, & Deus meus; Hendiadys est, q. d. Deprecationi vocali. Virgil. Aeneid. v. 454.

Quin adeas vatem precibusque oracula poscas,
Ipsa canat, vocemque volens atque ora resolvat.

Idest, vocem oris. Est impetratio ex oratione vocali aut ex orationis efficaci voce; quod vel Ethnici superstitionibus inmeriti cognoverunt, Deo tribuentes elargitionem gratiarum; ac nequaquam infirmitati vocum. Homer. 24. Illiad. v. 200.

Priamus peccatus est: bonum enim, Iovi
Menus elevare, si fortè miserebitur,

Menander in Ity, inquit: Precis iuste exauditur Deus. Ovid. 1. de Art. v. 448.

Fecit iratus voce rogante Deus.

Martial. lib. 8. Epigr. 32. Et Dominum mundi sceleris vota valent. Sic enim Dominus orationem exaudit, monens, ne oratio fiat in peccato, quia opponit nubem sibi, ne oratio transeat. Canit Paulin. Consularis. Epist. 2. ad Adson. a. v. 15.

Qua non missa Deo vacuis in nubibus hærent,
Nec penetrant superi stellantem Regis in aulam.

27 Injta Angelic. Doctor. in Epist. ad Rom. 8. lect. 3. clamor orationis non est in voce, sed in corde. Curigitur David (inquires) dicit & Clamavi: Idiotinus Hebraicus est, quasi duz voces cordis & oris in signum orationis mentalis & vocalis: Illa, dum ad Deum animam levavit tacite, ut liberaretur à tanta persecutione: hæc, pro gratiarum actione in monte Sion, unde venit auxilium, ut ibi in psalmis & canticis audiret vocem laudis, & enarraret univerfa mirabilia, & quanta fecerit eius animæ catenatis laboribus afflicte; quia secundum multitudinem dolorum in corde, ita consolationem in refrigerium animæ. Inuit Textus Hebr. & Caietan. Voce mea ad Dominum clamabo. Clamavit corde in prellura: exauditusque concipit vota pro beneficio, ut gratus voce quoque reddat Domino in Sanctuario. Non novum in Scriptura istiusmodi stylus. Date nomini eius magnificentiam, & confitemini illi in voce laborum vestrorum, in canticis laborum & citharis. Voce cordis in Deum, ut exaudiant voce laborum, ut per cantica cognoscant audientes gratitudinem peccatoris. Homer. 22. Odyss. v. 345. Cantorem (ait) qui Dijs & hominibus canit. Dijs, corde, ut exaudiant precessi hominibus, ut consentent gratiarum actiones. Vox ferè in Scriptura accipitur pro cuius est vox, ut dixi, num. 13. vel pro termino, cui iungitur. Testimonij parco, quippe obria & innumera. Quare sicut Verbum interdum significat præcepta (Exod. 34. 1. & 27. Scribam super eas verba, & Deuter. 4. 13. Decem verba: hoc est, præcepta) ita Vox verborum præceptum dicitur: ibid. v. 12. Vocem verborum eius audistis: quod quidem & quæ vox dicitur signat Doctor Gentium. Non enim accessistis ad tractabilem montem, & accessibilem ignem, & turbinem, & caliginem, & procellam, & tubæ sonum, & vocem verborum: id est, præceptorum Decalogi, qui promulgatus horronice, voce tubæ adinstat, cuius strepitu, ac nubium fragore valde timuerunt. Exod. 19. In hac enim acceptione, expressio suppositio ex usu lingue, dicit David, Psalm. 16. 4. Propter verba laborum tuorum (præceptorum) ego custodivi vias tuas.

Legum scilicet memor tuarum.

Succinit hic Crucius. In his ergo & alijs testimonijs non sonus aliquis signatur per vocem, sed tantum rei expressio per vocem facta, quæ meronymicè dicitur vox.

28 Vox proprie præter sonum verborum, de quo egimus, signat tenorem vocis; vel differentiam modulorum in musica. Vocem, quam audivi, sicut citharæ adorum citharizantium in citharis suis. Apocal. 14. 2. Mantuan. Eclog. 9. v. 76. Voce canebam. Virgil. Eclog. 5. v. 48. Voce magistrum. Vox inter Hebræos distinctam habet significationem in plurali, quam in singulari. Sic signat colloquium. Unde illud Sponsi ad Amantiam: Sonet vox tua in auribus meis: vox enim tua dulcis. Maluend. Accede ad me con-

Tom. VII. Tan.

V

Us modo sit
impetatio
debet esse
meritoria.

Sexta expod
fuit.

Psalmi 33
5.

Virgil.

Homeri

Ovidi;

Paulin

Quid in ora
tione clamor
ex voce?

Eceli. 38
20.

Expositio
septima.

Verbum præ
cepto.

Hebr. 12
19.

Cruci

Metonymia

Vox pro Mu
sica.

Cantic. 27
19.

Discretio in plurali & singulari. *versare macum, confabulare.* In plurali verò significat modos musicae: qua de causa, ibid. cap. 8. 13. ubi: *Amici auscultant, fac me audire vocem tuam;* legit Hebr. *Voces tuas:* idest, cantando ostendere dexteritatem tuam in modulis vocis ad vocum discrimen, & aurium suavissimum oblectamen: uti de Philomela dicit Euripid. in *Rehe. v. 548.* *Multipli voci lascinia.* Plin. lib. 10. cap. 29. describit graphice. *In illa perfecta musica scientia modulatus editur sonus, & nunc continuo spiritu trahitur in longum, nunc variatur inflexo, nunc distinguitur conciso, copulatur intorto, promittitur revocato, revocatur inopinato, interdum, & secum ipse murmurat, plenus, gravis, acutus: ubi sibi visum est, vibrans, summus, medius, imus: breviterque omnia tam parvulis in faucibus, quae tot exquisitis tiliarum tormentis ars hominum excogitavit.* Phil. de *Animal. propriet.* Carm. 17. accinit:

*Eruitur Edon ore carminum dulces modos
Versalitem nam carnum nectit sonum
Frasque villationes fabricat
Peritia artis singulari musicis.*

Audire desiderat Sponfus adstantibus amicis à dilecta modos musices, cuius vox suavis, an habeat scientiam vocis. Ad rem Bion Smyrnaeus in *Syringe.*

*Suaviter canas voce puella
Pulchre vocali, voce inuisibili.*

Exergasia cum epitafi. Cuncta quae videntur tam in factis, quam in profanis pleonasmica, propter dialectos orientalium exergasice addantur vel in expressionem animi, vel exhibitionem argumenti.

Ezech. 50. 20. Modò exponitur proclivè illud Siracidis in Levitis in dedicatione templi; *Psallentes in vocibus suis.* Hoc est, Cantores in vocibus suis: quo patet vocem in plurali numero indicare in sono musicem & non vocis entitatem. Quo intuitu de Davide cap. 47. 11. inquit: *Stare fecit cantores contra altars, & in sono eorum dulces fecit modos.* Sic à Rege laus quotidiana instituta per Cantores, in dedicatione templi amplius dexteritas modulaminis, *psallentes in vocibus suis:* haud quia sine voce nec soni musica, nec sonus loquelæ; sed quia voces in psallentibus signant harmoniam, modos musicos ob solemnitatem & lætitiã. *Audivi vocem Angelorum multorum in circuitu throni.* Apocal. 5. 11. Hinc sensus testimonij est; *Levite non solum laudarunt Deum, sed melodicè & numericè. Psallentes in vocibus suis, & in magna domo auditus est sonus, suavitatis plenus.* In templo quos fornicibus constabat, dulcedo & suavitas amplissima, repercusã voce medula, & echo recipatã. *Multipli sono carminum modi dulces fuere.* Vatabl. *Tunc (dicitur) exclamaverunt filij Aaron, in tubis produculibilibus sonuerunt, & auditam fecerunt vocem magnam in memoriam coram Doo: & amplificaverunt psallentes in vocibus suis.* Additur *Vocibus suis,* propter differentiam instrumentorum musicae; quia sonus sit ore, flatu & manu. Complectitur David Psalm. 56. à 8. *Cantabo & psalmum dicam: exurge gloria mea (idest, lingua, ut Psalm. 29. 13. Ut cantet tibi gloria mea) exurge psalterium & cithara.* Ore signatur lingua, flatu psalterio, manu citharã; ex quibus omnis universalis ad modulamen harmonia. Sic igitur in dedicatione templi per Cantores auditus multiplex sonus.

30. In præfatis testimonijs vidimus supposita necessaria expressã ex usu idiomatum Hebraici & Graeci: nimirum, in voce laborum, verborum, cantici, loquentis, clamoris, &c. Similiter invenitur idiotismus, dum exprimitur instrumentum in loquelam necessarium; veluti cum dicit Paulus: *Qui loquitur linguã.* In huiusmodi periodo poterat quis cogitare quod diximus de voce in singulari ac plurali; ita ut aliud sit loqui linguã, & aliud loqui loqui. *Coeperunt loqui varijs linguis:* Actor. 2. 4. Maximè cum loquela fiat sine lingua multis modis. *Digito loquitur:* Proverb. 6. 13. de huiusmodi signis consulelis Isidor. l. *Etymolog.* cap. 16. Hieronym. *Epist.* 4. Bernard. de *Gradib.* Superb. cap. 1. & *Erasm. Chil. i. Centur.* 3. n. 34. & 35. & 2. *Centur.* 4. n. 68. Idem in *Apotheb. Chilon.* inquit: *Euphron erat chorea genus, quo graves historia circa vocem solo corporis gestu sic representabantur, ut spectatores plus intelligerent ex saltatione quam si quis recitasset.* Sueton. in *Neron.* cap. 39. *Histrion (inquit) in cantico quodam gestu ita demonstraverat, ut videntem nasantemque faceret: exitum Claudij Agrippinae significans.* Casiodor. 1. *Var. Epist.* 20. *Ore clauso, manibus loquitur, & quibusdam gestulationibus facit intelligi, quod vix narrante linguã, aut scriptura textu possit cognosci.* Claudian. ubi sup. v. 209.

Quid Euphronis Erasim.
Varij modi loquendi si ne lingua.

*Nec molles egerint nostra dulcedine iudi
Qui laeis risum subibus movisse facerent,
Qui nutu manibusque loquax.*

Idem 2. in *Entrop.* v. 362. *Quis voci digitos aptet.* Maril. 5. *Astron.* v. 311. *Et quodcumque manu loquitur.* Aulon. *Epigram.* 138. *Signat cuncta manu, loquitur Polyhymnia gestu.* Petron. in *Fragn.* Carm. 3. *Manu puer loquaci.* Martial. lib. 6. *Epigr.* 19. *Voces sonas manequè totã.* Ovid. 6. *Metam.* fab. 7. *Pro voce manus fuit.* Denique Cyprianus de *Spasacul.* inquit: *Loqui digitis elaborat, ingratus artificij qui linguam dedit.* Eisdè (ne ex auctoritate efformaretur pleonasmus) sufficeret varietas instrumentorum loquentis, quasi non esset sermo in lingua eius: *Loqui linguã,* idem est, ac loqui linguis, quippe usurpatur pro idiomate peregrino: ut illud de Ioseph, *Psalm.* 80. 5. *Linguam, quam non noverat, auditvit.* Idem. *Ierem.* 5. 15. & *Ezech.* 3. 4. *Confert Paulus præfato capite gratis gratis datas, inter quas magnificabant Corinthij donum linguarum, uti maximum charismatum: e contra Paulus linguis præfert prophetiam, qua edificantur audientes. Qui loquitur linguis, licet alta cogitet non intelligitur: à prophetante vaticinium exponitur, & spiritus datur ad utilitatem.* Unde subdit, vers. 4. *Qui loquitur lingua, semetipsum edificat: qui autem prophetat, Ecclesiam edificat.* *Volo autem omnes vos loqui linguis, magis autem prophetare, &c.* Ex quo testimonio elucet, loqui linguis, & linguã loqui idem esse: confirmantque Verones Arabica & Aethiopica. In alijs acceptionibus latè egimus, *Tom. 3. T. 3. à n. 15.* & de loquela labij, à num. 9.

31. Iungit utrumque Evangelicus Vates. *In loquela enim labij, & (pro Idest) altera lingua loquitur ad populum.* Locus sanè difficilis, sed DD. expositionibus inextricabiliorè invenj. Brevis promam, quid sentiam. Solicitabat Dominus ingenitã benignitate corda filiorum Israël, sed gratis continuis minime attraxit: quippe proniora in demonum simulacra, quam in Numinis munifici beneficia. Vel offensus Dominus favere cupiebat ingratis, ac per Prophetas in cordium conversionem studuit minis. Ridebant Hebraei audientes laborum crepitu, oris ridiculo motu, vultu gestu, digitorum eloquio, cubitorum pulsatu, oculorum nutu, atque pedis pruritu, varijs modis locutionis tacitæ in ludibrium, despectum oraculorum. *Locuti sunt labijs, & moverunt caput.* Psalm. 21. 9. *Excanduit Propheta impudentiã atque fronte perfiditã, ductusque zelo, dicit: In loquela enim labij, & lingua altera (Deus) loquitur ad populum istum.* Cessabunt verba, cum ventum fuerit ad verbera. Audient captivi à Chaldeis linguam peregrinam, experientur dominationem insolenter tyrannicam; tuncque videbunt, quam amarum, reliquisse Dominum. Dicit opportunè Euripides in *Supplicib.* vers. 748.

*Cum possitis oratione declinare malas
Cede, non verbis molestias amolimini.*

Hoc stylo usus est Paulus erga Galatas, qui recesserant ab Evangelio, & quos insensatos vocat. *Vellem mutare vocem meam, quoniam confundor in vobis.* Hispanicè: *Mudar estilo: hablar de otro modo.* Qui rationales transeunt in bestiarum conditionem, fustibus sunt regendi, simulis agitandi. Vernaculè: *A estos sugetos à palos.* Hieronymus, hic favit cogitationi. *Cum abuterentur (inquit) Dei patientiã, qui differt iram, ut præbeat misericordiam; solebant ex persona prophetarum ludentes dicere: Expecta paulisper: expecta modicum. Dei sermonibus non credebant: statimque inferi Propheta: Nequaquam vobis Deus his verbis loquitur, ut præcipiat quid agere debeat, sed loquetur vobis in furore potenti.* At quid inde? Verba ad mortuos. In alijs linguis (exponit Doctor Maximus) *labijs alijs loquax populo huic: & nec sic exaudient me dicit Dominus.* Hæc loquela labij improbis duxit cervicis, ac pravi cordis, muta scilicet lingua, & ligna prompta. Accinit Crucius in *Psalm.* 35.

*Terga cum pudore vertani
Qui nocere cogitant:
Et ruente ponè vindem
Defatiget Angella.*

32. In complementum Tautologiz delicandum, quid sit vox Hebræa *Sela*, iuxta Hieronym. *Sela,* ter repetita in hoc Psalmo; sicut in alijs vox *In finem.* Utrumque pro eodem accipit Doctor Maximus, *Epist.* 138. astruitque ex Theodotione, Aquila, Symmacho, Septuaginta & Origene. *Ubi lingua Hebræa Sela habet, Græca Semper,*

Claudian

Cyprian.

Lingua pro idiomate peregrino.

Isti: 8. 1. r. Et prodest

Lingua altera pro transtru gratiam in supplicia.

Galat. 4. 20

Hieronym

1. Cor. 14. 21.

Cruci

Hieronymi

Quid in Scri- ptura vocat, In finem?

aut aliquid istiusmodi, In sempiternum, In finem. Plerique Hebraeorum ac Ortho- xorum PP. non litteralem, sed allegoricam, aut anagogicam expositionem astruunt; sumpto In finem pro facili consummatione, ac iustis conferenda beatitudine: vel sine cunctorum Christo Domino, per quem hominibus libertas, & summa felicitas. Augu- stin. in Psalm. 4. Unde Felix Pratenis legit: Danti aternitatem, effundenti sanguinem, cruciatu, sanguinolento, triumphatori Christo. Optime quidem in praefato sensu, ac alia omnino expositio in litterali: quandoquidem pro In finem, in Hebr. legitur Vichori: & ne in equivoce laboretur, signatur ibid. & alijs in Psalmis (pro In finem in car- minibus) Vincendi in modulationibus, in pulsationibus, musicis, concentibus, consonan- tijs, pulsabilibus instrumentis: Maluend. Quo tan- dem constat, si Psalmus dicatur In finem, quod idem est ac Victori; victorem nil aliud esse, quam ar. hichorum, & musicæ præfec- tum, præcettorem, præfulem musicæ, archimusicum (Nosstrates: Masfpro de Capi- lla) qui 1. Paralip. 15. 27. dicitur Princeps prophetia: Id est, Cantorum, ut dixi, Tom. 6. T. 5. 21. & pater Habac. 3. 19. ubi: Et super excessa deducet me victor (Archimusicus) in psalmis canentem. Unde intelligitur quod sæpe invenitur in titulis Psalmorum, In finem ipsi idibus: id est, psalmus, quem cecinit ipse princeps Cantorum qui vocaba- tur Idithum: sicut cum dicitur: Psalmus ipsi David: nimirum, quem non dedit Cantoribus, sed ipse cecinit: etenim de illo dicitur, Egregius psalter Israël. 2. Reg. 23. 1. Si- militer dum Psalmus signatur pro filijs Core, Asaph, & Eman; qui fuerunt ex Levitis Cantores, & filijs eorum destinatum musicum ministerium. David & Magistratus exer- citus segregaverunt in ministerium filios Asaph, & Heman, & Idithum; qui propheta- rent in citharis, & psalterijs & cymbalis secundum numerum suum, dedicato sibi of- ficio servientes. 1. Paral. 25. 1.

Augustin.

33 Quorum esset officium canticorum in templo præfatis testimonijs elucet. Dicen- dum modò de metro, & instrumentis ad cantica secundum metra, seu versus mensuras, ut clareant plurima in titulis inscriptiones Psalmorum. August. quò dudum, inquit: Urnam autem omne canticum psalmus sit, an potius omnis psalmus canticum; an sine quædam cantica, quæ non possunt dici psalmi, & quidam psalmi, qui non possunt dici cantica; quæri potest: sed animadvertenda Scriptura sunt; ne forte canticum Ierusalem indicet: psalmi autem dicantur, qui cantantur ad psalterium. Eruditè (uti cætera, qua- stionem dissolvit Alph. Mendoza in Quodlibet. quæst. 3. expositiv. quem videtis, §. 9.) nominat tam tonos, quam instrumenta musica Hebraica. Titulus psalmi 9, in Hebr. apud Maluend. est: Praefecto cantorum Lyricum carmen David. Heroicè decantasse constat ex titulo Psalm. 31. 1. 5. 1. 14. 1. ubi: Ipsi David intellectus. Maluend. Davidis carmen Heroicum: Græcè Epos, carmen exameiron, divinarum rerum, & heroicarum humanarumque comprehensio: ait Lambin. in illud Horat. 1. Satyr. 10. v. 43. Fortè Epos acer, ut nemo, Varius dicit. Martial. lib. 12. Epigr. 96. Scribereham Epos. Id est, Heroicum carmen: quo quidem simul exponuntur alij Psalmorum tituli. 41. 1. Intellectus pro filijs Core: Idem 43. 1. 44. 1. Intellectus Asaph. 73. 1. 77. 1. & 87. 1. 88. 1. Intel- lectus Eman Ezrabita: hoc est metrum Heroicum carminis, decantandi per filios Co- re, Asaph, & Eman, de quo 1. Paralip. 15. à 16. Similiter de musicis instrumentis cogitandum, sine quorum intelligentia, ut observat Genebr. in Pslm. Scidli ad histo- riam omnia contorquens, atque ex vicinis & sterilibus titulis universam sententiam exbauit. Psalmorum inscriptiones sæpe difficiles, quia sæpè ad musicam anti- quam nobis adhuc ignotam pertineant, sintque tanquam psalmorum claves ad modulum cantui præscribendum. Declarant modos, sive tonos & concentum illius musicæ, vel in- strumenta, ad quæ essent decantandi. Ergo exemplis alitruendum.

Quid Intel- lectus?

34 Psalm. 6. 1. 11. 1. dicitur: In finem in carminibus, Psalmus David pro octava. Id est, in octavo tono, qui intensissimus in musica, & in instrumento octo chorda- rum, sive octichord. Hebr. Neghinoth. Psalm. 9. 1. 45. 1. In finem pro occultis filijs, Psalmus David. In finem filijs Core pro arcibus. Occulta & Arcana erat instrumen- tum musicum, Hebr. Almuth. quo tenor exercebatur vocis inter sonum acutum & gra- vem: sicut Cantica graduum à Psalm. 119. Hebr. Maghaloth, quod sonat Ascensionem quia gradibus, id est, distinctis varijsque modulis vocis decantabantur. Psalm. 30. 1. dicitur, Psalmus David pro exultatione: instrumento scilicet musico, quod dicebatur Ex- cessus mentis, præ excellentia modulaminis, atque dulcedine vocis, Psalm. 44. 1. 59. 1. 68. 1. In finem pro his qui commutabuntur filij Core ad intellectum: Hoc est, præfec- to musicæ ex filijs Core carmen exameiron, decantandum instrumento, quod dicitur

Instrumenta musica inter Hebraos.

Com- mutatio, Hebr. Sofannim: id est, super illia: à senario cordarum numero, Lilia d'ctum instrumentum; quia liliu(m) sex folijs vernat. Idem dum dicitur Super Rosas, notat hic Maluenda. Nomen musicorum instrumentorum, quæ Soboschannim: id est, lilia, vel rosa. Psalm. 8. 1. 83. 1. In finem pro torcularibus: harmonico scilicet instru- mento, in figuram torcularis, dicto Hebr. Haghibith. Psalm. 55. 1. In finem pro po- pulo, qui à sanctis longè factus est: scilicet, concentus ex instrumento, dicto Columba nut: Hebr. Ionath- Elem. Nos, Musica de ecos. Psalm. 21. 1. In finem pro suscep- tione matutina: nempe, Canticum Davidis decantatum instrumento dicto Susceptio matutina, matutina cerua, seu Cerua Aurora, & matutina stella. Hebr. Haghibshar. Psalm. 99. 1. In confessione. Hebr. Todah, putà Confessio, quod dicebatur sacrificium pro gratiarum actione, de quo Levit. 7. 12. Psalm. 15. 1. Tiruli inscriptio ipsi David. Hebr. Michtham, Davidi. Ubi Maluend. Instrumentum musicum suaviter resonans, insculptum aures celaturis. Denique Psalm. 52. 1. In finem pro Maeleth inscriptio David. in titulis alij vertit Vulgatus in Latinas voces Hebræas (de quo infra à n. 36.) modò in instrumento relinquit originariam Maeleth, id est, infirmitatem: instrumen- tum sanebre excavatum & perforatum ad pneuma. Unde sensus tituli est, Praecentori datum canticum heroicum carmen Davidis modulandum ad voces instrumenti funebris. Videtis fusè Genebr. Lorin. Maluend. Reuclin. Eugubin. Praefat. in Psalm. & in Prolog. Valent. Tract. 1. cap. 3. demùmque Hieronym. Praeat. in Job. Ab Hebræis sumperunt Ethnici signare instrumenta musica in suis spectaculis, ut observat Cyprian. d. Fre- quenter in fronte Comædiarum Terentij præfigitur, Ludis Megalensibus, modos fecit N. tibijs paribus, dextris & sinistris. Tibijs duabus dextris. Tibijs imparibus duabus dextris. Tibijs Sarranis. Negotium multis scepsit, quid isthæ tibix? In varias cogitationes declinarunt: ac in faciem moris quali per indicem aliquod proferam. Tibix in functionibus Theatralibus erant Dextræ, Sinistræ, Sarranzæ & Thyrgizæ, seu Troianæ; quæ quidem etiam dicebantur Barbaræ. Tibia dextra erat soni acuti, sinistra gravis. Sarrana dicebatur cuius caverna equalibus foraminibus constabat dextrorsum & sinis- trorsum: Phrygia econtrâ, unde Tô Tibijs paribus & imparibus: id est, Phrygijs, vel Sarranis. Si abundantiora desiderantur, consulendi Iul. Cæsar Scaliger lib. 1. Poët. cap. 20. Ald. Mannr. de Quæstis per Epist. lib. 3. Epist. 4. Marc. Varro, 1. de Re rust. cap. 2. Da- lecamp. in Plin. lib. 16. cap. 36. Rosin. lib. 5. Rom. Ansig. cap. 1. 1. & Servium in 9. Æneid. Virgil. v. 617. cum Bernart. in 6. Theaid. Statij, v. 120. Hic tibiarum apparatus, cum florebat imperium: olim utebantur Romani tibix simplicis. Horatius de Arte, à v. 202. facemitt:

Maluend.

Quid tibia paretsimpare, dextra, sinistra, sarrana & Thyrgizæ?

Horat.

Quid in mu- sica Selab? Isidor.

35 Quid tan- dem restat explicandum de intervallo aut suspensione modulorum in am- pliorem aviditatem atque satietatem aurium, ad quod itaque deserviebat signum Selabi: id est, silentium vel quies in canticis interpolata, quæ dicitur Diapalma, sicut Sympsa- lma, copulatio vocum. Rabbinii ad metri canticum pertinere vocem, sine discrimine astruunt: ita ut tantum signum suspensionis sit, & non vox significativa, nisi in indicem interponitur pausa studiosa. Alij ex illis dicunt signare mutationem metri in eodem carmine, ut videmus in Epodis Horatij, & in plerisque Odarum: de quo fusè Levin. Torrent. Od. 1. Epod. v. 1. Alij mutationem cantus diversis vocibus elevatis aut sub- missis: Isidor. lib. 3. Origin. cap. 20. infit: Diastema est vocis spatium ex duobus, vel pluribus sonis aptatum. Diesi, spatia quadam & deductiones modulandi, at vergendi de uno in alterum sonum. Alia videtis apud Hieronym. loc. cit. Mihi aridet cantus tantum directionem esse, vel Rhythmicam distinctionem, quod nos habemus signo du- plicis puncti, ut suspensio vocis & spiritus notetur: quapropter rectè Selab, Græcè dicitur Diapalma. Adi Caramuel. in Rhythmic. Huius cogitationis ratio est, quia hoc signum Selab numquam invenitur in principio psalmorum vel canticorum; sed in medio & fine: in initio non esset intervallum, nec silentium studiosum: sed silentium. Deinde, quia sicut ut vidimus, signatur quis canticum confecit, quis intonavit, quibus instru- mentis; restabat sciendum, quis modus esset in cantu tam erga voces acutas, & graves, quam

Tibia, non ut nunc, orichalco vincta, tubæque emula, sed tenuis simplexque foramine pauco Adspirare, & adesse choris erat illis, atque nondum spissa nimis complere sedilia statu. Postquam cepit agros extendere victor & urbem Accessit numerisque modisque licentia maior.

36 Quid tan- dem restat explicandum de intervallo aut suspensione modulorum in am- pliorem aviditatem atque satietatem aurium, ad quod itaque deserviebat signum Selabi: id est, silentium vel quies in canticis interpolata, quæ dicitur Diapalma, sicut Sympsa- lma, copulatio vocum. Rabbinii ad metri canticum pertinere vocem, sine discrimine astruunt: ita ut tantum signum suspensionis sit, & non vox significativa, nisi in indicem interponitur pausa studiosa. Alij ex illis dicunt signare mutationem metri in eodem carmine, ut videmus in Epodis Horatij, & in plerisque Odarum: de quo fusè Levin. Torrent. Od. 1. Epod. v. 1. Alij mutationem cantus diversis vocibus elevatis aut sub- missis: Isidor. lib. 3. Origin. cap. 20. infit: Diastema est vocis spatium ex duobus, vel pluribus sonis aptatum. Diesi, spatia quadam & deductiones modulandi, at vergendi de uno in alterum sonum. Alia videtis apud Hieronym. loc. cit. Mihi aridet cantus tantum directionem esse, vel Rhythmicam distinctionem, quod nos habemus signo du- plicis puncti, ut suspensio vocis & spiritus notetur: quapropter rectè Selab, Græcè dicitur Diapalma. Adi Caramuel. in Rhythmic. Huius cogitationis ratio est, quia hoc signum Selab numquam invenitur in principio psalmorum vel canticorum; sed in medio & fine: in initio non esset intervallum, nec silentium studiosum: sed silentium. Deinde, quia sicut ut vidimus, signatur quis canticum confecit, quis intonavit, quibus instru- mentis; restabat sciendum, quis modus esset in cantu tam erga voces acutas, & graves, quam

quam erga suspensionem in modulamine vocis. Quam voces, & quales & quot, vide. tis apud Genebrard in Psalm. 156. 5.

36 Invenit lector ex dictis voces Hebræas frequentius verti à Vulgato in Latinas; & interdum remanere in proprio ac originario idiomate, ut ex Psalm. 52. vidimus n. 34. quod si in canctis fecit, cognoscere non plane esse instrumenta musica per nomina Hebræa: at in multis testimonijs explanationem, seu significatum nominis pro nomine statuit; unde scilicet, quin se cognoscant, incipiunt. Notat Hieronymus. *Mansio. 9.*

Hieronym *Epist. 127. ad Fabiol. inquit: Miror quosdam eruditos & Ecclesiasticos viros ea voluisse Epist. 127. ad Fabiol. inquit: Miror quosdam eruditos & Ecclesiasticos viros ea voluisse Epist. 127. ad Fabiol. inquit: Miror quosdam eruditos & Ecclesiasticos viros ea voluisse*

Velat: *transfere, qua in Hebræico non habentur: & de malè interpretatis fæctas explanationes quaere: & exinde tropologiam proficiuntur. Hinc sæpequivoca, quæ à nesciente atque depravante cogitationem, quia feritari renuit, aut non valet linguam originalem. Ad rem Delcius in Medeam Senecæ, v. 923. adversus Sophistam inquit: Glancem Creontis filia nomen proprium, Noctum reddidit; tam rectè quàm si quis pro Philippo Creontis filia nomen proprium, Noctum reddidit; tam rectè quàm si quis pro Philippo*

Hieronym *in translatione conservant, quàm veritate interpretati sunt? Modum ostendit Senecæ de Consolat. ad Polyb. cap. 30. Sic enim illa ex alia lingua in aliam transfusit (ut quod diffisillimum erat) omnes virtutes in alienam orationem sicut sint. Si Versio his conditionibus ad unguem, quare (inquires) multifariam habetur in Vulgato? Hoc nomina ed quod à virtute sumpta sunt (ait Gregor. lib. 35. in Job, cap. 13.) aptè ex- arripes non ea sicut in Arabico sermone inventa sunt, ponere sed in Latinum eloquium versa, aperius demonstrare. Pro quo in argumentum titulorum in Psalmis, studiosis sacrarum litterarum aliqua notabilia proferam.*

37 Aliquando nomina & interpretationes simul in Biblijs videntur, ut Isai. 25. 1. *Cogitationes fidelis, amen. Apocal. 1. 7. Etiam amen. Rom. 8. 15. Abba Pater: & sic alia, ut diximus, Tom. 2. T. 5. n. 23. In Isai. 7. 14. Vocabitur nomen eius Emmanuel: & Matth. 1. 23. Emmanuel, quod est interpretatum, Nobiscum Deus: cap. 27. 46. Eli, Eli, lamma sabachthani: hoc est, Deus meus, Deus meus, ut quid dereliquisti me? Act. 1. 19. Hacladama, hoc est, ager sanguinis. Interdum nomina sola sine interpretatione, quippe ex illorum versione nulla utilitas, ut si pro Davide, Core, Atyph, diceretur Psalmus Dilcti, Glaciè, & Congregantis; quippe isthæc significant præfata nomina. Demum quandoque danturæ expolitiones, quæ indicentur uti nomina propria; unde ortus plures plurimorum, & multoties in ineptias: plura testimonia expofui, loc. cit. T. 3. à n. 19. & Tom. 5. T. 2. n. 1. sed addam & alia, ne capiat lector, cum huiusmodi anfractus in cursum tamquam obices invenerit.*

38 *Zachacar quoque carpentarius, & Galah dicitur 1. Paralip. 9. 15. Hebr. Bak-bacar & Cheres & Galah: quia Cheres carpentarium sonat. David venit in castra. 2. Reg. 17. 24. idest, in Mansionem locum, Castra interpretatum, ut constat Genes. 32. 2. Percussit Philistinum, & tulit David frenum tributi de manu Philistinum. 2. Reg. 8. 1. Quid non de huiusmodi freno cogitarunt Rabbin? Vide dicta Tom. 2. T. 12. n. 11. & Abulenti hic quæst. 3. Quid hoc frenum dicitur, 1. Paralip. 18. 1. ubi: Factum est, ut David percuteret Philistinum, & tolleret orbem, & filias eius de manu Philistinum. Hebr. Merog-bammah, regiam Philistinorum, nimirum Geth, quæ erat frenum israelitarum, non transiit in Palestinam. 4. Reg. 3. 25. dicitur, tres Reges percussit utique in exterminium regnum Moab; ita ut muri tantum scilicet remaneret. Hebr. Kirbare-ferth, Regia Moab dicta Muri scilicet, quasi inexpugnabilis, uti decantatum de Baby-lone. Peripicue videtur Isai. 16. 7. Ululabit Moab ad Moab, his qui latantur super montes colli lateris. 1. Reg. 17. 20. David venit ad locum Magala. Non est locus Magala, sed significat circulum, vallum scilicet in quo castrametati sunt filij Israël, de cuius forma Vegetius 1. de Re milit. cap. 4. & fusè Iust. Lipt. de Militia Rom. De principe heroum sub Davide, 2. Reg. 23. 8. dicitur: Sedens in cathedra sapientissimus. Expo- nitur*

Interdum expofitio nominis pro nomine.

nitur 1. Paral. 11. 11. *Ishaam, filius Hachamoni: quod Hebr. sonat sedens in sede; Ishaam: & Hachamoni, Sapientissimus. 2. Reg. 21. 19. Percussit Adeodatus, filius Salus, Hebr. Percussit Ekhanan Ben-lagbare. El sonat Deum, Chanan dare, Beu filium, Lagbar Salum: quod iteratur, 1. Paralip. 20. 5. Ibidem cap. 7. 18. Soror autem eius Regina peperit Virum Decorum. Hebr. Soror eius Hamolecheth peperit Ishod. Job. 42. 14. de filiabus lobi dicitur: Vocavit nomen unius Diem, & nomen secunda Casfiam, & nomen tertie Cornufibij. Arabic. Vocavit nomen prima Leminah, nomen secunda Ketzighab, & nomen tertie Keran-Haphuch. Psalm. 4. 9. In pace in idisum dormiam & requiescam. Clara de Christo propheta, quia Salem interpretatur Pax: unde sensus est: In Salem moriar & etiam sepeliar. Psalm. 41. 7. Hermonij à monte modico. Hebr. Mizgar: idest, Modicum. Psalm. 119. 5. Incolatus meus prolongatus est, Hebr. In Methce, regio sic dicta, & longe à terra sancta. Cantic. 6. 11. Propter quadrigas Aminadab. Aminadab, populus nobilis, seu honoratus. Ibid. cap. 7. 4. Oculi tui sicut piscina in Hesebon, qua sunt in porta filia multitudinis. Hebr. Super portam Bath-rabin. Ibid. cap. 8. 11. Vineæ fuit Pacifico in ea habet populos. Hebr. Vineæ fuit Salomon in Babel-Hamon: hæc vox significat multitudinem, sicut Salomon Pacificum. Iohe 13. 3. A fluvio turbido, & c. Hebr. à Schicor: flumine scilicet nigro, pridem Melas, modo Nilus: hinc dicitur Ierem. 2. 18. Quid tibi in via Egypti, ut bibas aquam turbidam? 2. Elér. 6. 2. Percutiamus fœdus in Viculis in Campo-ono. Hebr. In Chephivim, quæ vox sonat Vicor. Isai. 8. 3. Vocæ nomen eius Accelera-spolia-detrabere: Festina prædari. Hebr. Vocæ nomen unius Maher-Salal-Chas-Baz. Ibid. 9. 6. Vocabitur nomen eius Admirabilis, Consiarius, Deus, Fortis, Pater futuri saculi, Princeps pacis. Hebr. Phele, Pele, Ichova, Gbibbon, Abi, & c. Ezech. 3. 15. Voca ad acceruum novorum frugum ad eos, qui habitabant iuxta flumen: idest, ad locum Tal-abib. Tal vel Tel (ut placet nonnullis) cumulum, Abib lucificationem significat. Ibid. 17. 3. de Nabucho sub metaphora aquilæ alarum magnarum, dicitur, venturum in Libanum, & medullam edet cum frondibus avulsis transportaturum in terram Chanaan. Si in terra Chanaan erit Libanus; per Chanaan intelligenda non terra, sed nominis interpretatio, scilicet, Mercatores: ibi liquido signatur: In terram Chanaan (subaudi Ides, per Asyndeton, vel Dialton) in urbe negotiatorum: nimirum, Initorum; quo etiam intelligitur illud Proverb. 31. 24. Sindonem fecit, & vindidit, & ciniculum tradidit Chanaan: mercatori videlicet. Ibid. cap. 25. 16. Intersciam interfectores. Hebr. Intersciam Cherethim: quod signat interfectores, vel exterminantes: Gens per- ditorum: ut ait Sophon. 2. 5. ex his ergo cohortes prætorianæ Davidis, sicut apud Persas huiusmodi milites dicebantur Inmortales. Herodot. lib. 7. cap. 22. Voca nomen eius, Absque-misericordia. Ose. 1. 6. Hebr. Lorachama: v. 9. Voca nomen eius, Non populus meus. Hebr. Loami. Amos, 1. 5. Disperdam habitatorem de Campo idoli. Hebr. Bicath acemhoc est: de valle iniquitatis. Mich. 1. 10. In domo pulveris pulvere vos consper- gite: pro Aphra, Hebr. quæ vox pulverem denotat. Denique Isai. 11. 1. Flos de radice eius ascendet: Hebr. Nazareus: sicque protulit Matth. 2. 23.*

39 *In his ergo & alijs (lac concupiscentibus, profectò sterilibus, quia comedunt colliphia pauci) mirè se gelsit Hieronymus, improbo labore defudans, ut nucleum ha- beremus ab illo crebis lucubracionibus fractà nucè. Difficile est (inquit ubi dudum) alienas lineas insequenter, non alicubi excidere: & arduum, ut qua in alia lingua dicta bene sunt, eundem decorem in translatione conservent. Accedunt hyperbatarum anfractus, dissimilitudines casuum, varietates figurarum; ipsum postremò suum (ut ita dicam) vernaculum lingue gens. Si ad verbum interpretor, absurde resonans si ob necessitatem, aliquid in ordine, vel in sermone mutavero; ab interpretis videbor officio recessisse. Omnibus enim muneris muneris interpretationis respondit, tamquam à Spi- ritu Sancto adharis (ut astruit Salmeron, Prølegom. 3. §. Siquis.) iam voces originariæ lingue tantum signans; ut Ose. 1. 4. Voca nomen eius Iezrahel, quin interpretaretur Semen Dei: & Joel. 3. 1. In vallem Iosaphat, quin exponere Indicij, iam expofitio- nem & vocem pronens, ut Marc. 7. 34. Ephphetha, quod est, ad aperire ibid. 5. 41. Talitha cumi: quod interpretatum: Puella surge. Iam omitens propter euphoniai ad peregrinum idioma, in nominibus proprijs, quasi per syncopen, voces priores, ut Salem pro Ierusalem, Ram pro Abraham, Duma pro Iduma, de quo egimus, Tom. 6. T. 7. n. 10. fusè. Iam denique dumtaxat versiones nudas exponens, ut fecit Rom. 9. 2. & 25. vertens sine asperitate loca præfata Ose: Vocabo non plebem meam, plebem meam;*

Asyndeton Dialton.

Hieronym

Syncope.

Non dilectam, dilectam: & non misericordiam consecutam, misericordiam consecutam: & erit in loco ubi dictum est: Non plebs mea vos, ibi vocabuntur filij Dei vivi. Idem 1. Petr. 2. 10. Similiter in Apocalypsi, ut vidimus. n. 37. Etiam, Amen: & sine voce originaria Psalm. 88. 53. 105. 48. Fiat, fiat. Hebr. Amen, amen: Amen, Alluia: iuxta Horat. de Arte, v. 133.

Horat.

Nec verbum verbo curabit redere fidus Interpres.

Cicero

40 His igitur brevi scit lector, cur huiusmodi varietas interpretationis in Valgato; quam etiam signavit Cicero 3. de Finib. inquit: Nec tamen exprimi verbum e verbo necesse erit; ut interpretes indiferti solent, cum sit verbum quod idem declarat, magis minusve usitatum. Equidem soleo etiam quod uno Graci, si aliter non possum, idem pluribus verbis exponere: & tamen puro concedi nobis oportere; ut Graco verbo utamur. Ita Hieronymus in Ecclesia Doctor Maximus effundens sapientem lumen in obscuritate mysteriosa Scripturarum: igitur illo duce studiose obviam invenit veritatem, sine periculo, si forte attraheret. Sat de parengis in principalem Tautologiam; cuius versiones in explicatione expansit. Voce mea ad Dominum clamavi. Caeteran. Voce mea ad Dominum vocabo. Maluend. Voce mea ad Deum clamabo. Nebienl. Audi vocem invocantis. Chald. Accipe orationem meam invocantis. Arabic. Eleosvi ad ipsum supplicationem meam. Hieronym. Exclamavi. Persic. Vox mea ad Deum. Apollodor. Noster clamor Regi. Atiop. Revelavi vocem meam Domino. Cruc. Invocavi voce lamentabili. Accedamus ergo vocibus ad thronum gratiae, ut Numine audiente, misericordiam invenire possimus.

Versione.

Aplieg. ex. sur.

- 1. Voce mea ad Dominum. An aliter & felicitis, si sit corde. Ex operibus intra claustra, vocatio cognoscitur falsa, aut vera: non enim veniunt ad Dominum veritate; qui venerint tantum voce.
- 2. Voce mea ad Dominum clamavi, & exaudivit me. Oratio decora: quae quidem à Domino exaudita, non quia à voce clamor; sed quia facta voce mea: quo indicatur affectio orantis, in fructum operabilem orationis: igitur in orationem non orat, qui voce dumtaxat clamat.
- 3. Voce mea ad Dominum clamavi. Quorsum si voce, Mea: Quippe clamabat ad Dominum, eius predicans preceptum. Haud exaudiretur à populo, si modò à sola voce esset sermo: equidem hic vocem dumtaxat audit virtutis; quae est in vita praedicantis.
- 4. Voce mea ad Dominum clamavi: tantum à Domino auditus, quia clamor ex voce eius. Est discrimen inter vocem hominis, & Domini vocem. Illa habet virtutem vocis: haec autem vocem virtutis: equidem vox eius ad universos extenditur, etiam dum singulis loquitur.
- 5. Voce mea ad Dominum clamavi, & exaudivit me. Iuxta vocis excellentiam, est clamor vocis in gratiam. Voce clamatur, & exauditur. Est alius nobilior clamor, & orationis singularis honor: igitur exauditur prompte Scho-

- lastica à Numine; dum clamaret sine voce.
- 6. Voce mea ad Dominum clamavi. Unde nisi ex voce clamor, ut possit à Domino exaudiri cordis, amore flagrantis, dolor? Est alia ex amore lingua, quae clamatur, audit Dominino, corda; in vocem laudis, laudis vocibus auditis; & gaudium vox sine voce demonstrat: diciturque, quòd vox clamat; quippe quàm cor Augustini motibus clamat, pro voce.
- 7. Voce mea ad Dominum clamavi, & exaudivit me. Clarè, quando in salutatione Angelica, à Virgine oratio audita, & non exaudita. Exauditur vox clamantis, & non tantum clamor vocis: clamantisque vox auditur, dum voce & corde rosas Virgo coronatur; quoniam qui non devotè cum sterculis clamat Virgini; non salutat, veritas clamat sine voce: equidem ab ipsa exaudiri nequit, quod etiam vocem in clamore non habet.
- 8. Voce mea ad Dominum clamavi. Ita dum vellatur hoste: In militia est clamor certaminis, & vox cordis. Utramque renet Raymundus, dum ab illo fauste ducitur exercitus; ex quo utriusque militia splendor: voxque exprimitur singillatim atque clamor; quia ex orationis voce, & ardentissimo peccatore, audiebatur in Regia clamor victoriarum.

DIDASCALIA PRIMA:

Aeterna felicitatis periculum, in statu perfectionis pigritia Religiosorum.

CUI nihil constat, nihil diu placet; sed semper desipit, & animo fluctuat, qui mens vel in placitis non constat. Artibus innumeris mens oppugnatur amantam;

Ovid.

Ut lapis aquosus undique pulsus aquis. Accinit Ovidius, 2. de Remed. v. 293: Quid placidius & electum à Monachis, quam ut audiant in choro vocem laudis: Verum quid? Qui recedunt, desipiunt, & animo fluctuant quia proposita non constant: tuncque constat in proprium datum, vivere in institutis extra propositum: vel nunquam habuisse; sed quod habebant in corde, modò apparere. Modò videtur fluctuatio mentium, & intuitus vocationum deauratarum. Modò cadunt, quia accedentes recellerunt: igitur si elleta in religionem vocatio; floreret sanè vocationis perfectio. Non potest iacere, qui venit furgere. Possunt (ut canit Manil. 1. Astron. cap. 6. v. ult.)

Manil.

Nec cadere in terram pendens sidera caelo. Unde patet ex elevatione casus, quando à caelo fit recessus.

Sanbert.

Leges contra datam à Deo; Exod. 13. 13. invenerunt Rabbinì, ubi Synagoga dignati, in qua etiam Sacerdotes dignitatis nomine; de quibus Ioann. Saubert. de Sacerd. Hebr. cap. 26. inquit: In sacra dignitate inter ipsos exigua habetur ratio. Talis quippe ratione sacerdotij sui brutarum animalium primogenita tenetur educare & alere, donec unumquodque moriatur: ita tamen ut ad ipsum nihil inde usufructus. Plane brutorum animalium, quibus commissa cura; stolidi plusquam bruta animalia: etenim totius intelligentiae infatuatio, alere bruta animalia sine fructu. Quae munda debent in sacrificium offerri, quin expectentur mortis: quidem patet evacuatio mentis, titulo facti pietatis; quòd sacerdotes bruta animalia sine fructu alere, & dumtaxat ut comederent. Illorum offerri manus, qua de causa additi, atque mancipati templo: expectata morte, vivunt sanè sine fructu. Educantur sed in yanum, cum suggerint in munere sacrificium: desipiente sacerdote, si permittit

Unde fals.

animalia sic inutiliter vivere: quandoquidem educantis summa fatuitas, quòd desinat sacris educentur in paleas: simulque vivant, ut vivant inepte, fruges consumere nati. Vivant sacerdotis permisso, quin serviant sacris, sed genio; abolito religionis instituto, cuius obsequium, offerre iure animalia in sacrificium. Nihil tude usufructus ex tot expensis, cum possent expensae iustis respondere votis; in quo gravamen Monasteriorum signatur, cum huiusmodi animalibus illorum census infumitur: igitur onerosa, quousque moriantur, animalium educatio; quoniam ramentis animalia, dicata Deo. Vernaculè: Es ra. ra intolerabile pensio; quae animalis sine provecho los deha et Santuario sustentat, por dedicados sin dedication à Dios. Quisnam in sacris illorum usus, potius abusus; quàm exortum tantum telluris inutile pondus?

3. Facile ex pondere effugium: haec ne illustria animalia vel in sacrificium, vel extra templum. Ridicula vox, Vivant animalia Dei. Dei enim nisi titulo non sunt: etenim eorum nulla in religionem forma, quorum cogitationes sine intellectu solummodo diriguntur in pasca; quae cumque autem naturaliter, tamquam muta animalia norunt; in his corumpuntur. Lex sanè divina, quòd primogenitus asini ove mutetur, vel interficiatur: minimè (quia templi, usque ad mortem non frugi) servetur frugi. Videtis in idem propositum dicta, Tom. 6. T. 4. D. 1. n. 11. & T. 5. D. 4. n. 4. Taxat & meritò plorat Carol. Scribani. Quam ex his gravia damna Religionibus (ait in Medico Religios. lib. 1. cap. 21.) ignorare nemo potest. Nocitura secundum serpunt, alias radices mittunt. Severitas est, admittere aut desinere Religionis noxium; cum in universi corporis vergat interitum: plusque unius saepe improbitas nocenti damnaque dare consueverit; quam plurimorum probitas emolumentum. Amadentur: aliter opus sine opere futile.

Et Christi nomen inane. Ut succinit Tertullian. 1. Adversus Marcion. cap. 2. Tollantur lapides contaminati

Vera, ut falsa ex propriis

Qui huiusmodi animalia Dei. uti ad nosteris

Exod. 13. 11

Scribani Quam graviam

Tertullian